Quelle: https://manuscripta.at/?ID=32474
Copyright: Schlierbach, Zisterzienserkloster



aquis sunt coopte Et io versus meridie iuxta bar
bariam nullus ausus e navigare Nam ibide
sub aqua multe rupes et sicce reperiuntur et ista
pericula in mari sunt multum timenda Etiam quod her
be et virida crescunt in mari in tempestatibus
patet Nam tunc diverse herbe reperiuntur in littore
proiecte et ex coralli cuius ramusculi fetidi de
fundo maris eiciuntur et propterea a magris pollui
tur Nam coralli primi sunt albi et fetidi Et de
attraxione solis in fundo maris quo crescunt
rubei efficiuntur et crescunt in modum parvi rubi al
titudinis unius ulne et dum itaque in mari ei
ciuntur in maxima quantitate ab hominibus congregantur
et sic fetidi venduntur et in una domo plures co
rallos quam l. equi portare possunt et pluries
non sum ausus dicere Sed in mari alia sunt pe
ricula que tamen raro contingunt nisi parvis navi
giis et sunt pericula piscium grandium De quibus e
sciendum quod quidam piscis e in mari quam greci
troxamarina appellant .i. sus marina parvis
navigiis multum timendus e tamen idem piscis
raro vel numquam navigiis infert dampnum nisi
fame coactus Sed tamen si sibi datur panis pernau
tas recedit et contentatur et recedere non vult ex

Coralli

Sus Ma
rinus